



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Scandalum

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Addit. } Poenitens dicens alijs impositam poenitentiam non peccat mortiferè, nisi id graue damnum afferat. *Syl. Confessio. l. n. 23. Vual. de satisfact. n. 33.*

Scandalum, vide Confessio.

1. **S**candalum est, re mala, vel speciem mali habente, alteri dare peccandi mortaliter occasionem: quod si id intendas, vel ex se res ad id inducat, mortale est.

*Vide *Caie. vers. Scandalum, Syl. eod. n. 1. Fm. 16.*

2. Si scandalum oritur ex alterius malitia, nõ ideò omittendum opus licitum: si verò ex infirmitate, vel ignorantia, differendum est, si differri sine peccato potest.

*Vide *Fum. l. c. nu. 2. Syl. l. c. n. 3.*

3. Ob periculum scandali negligenda Prælato temporalia Ecclesiæ bona: præferenda enim pax. *Vide *Syl. l. c. n. 4.*

4. Scandalizans alios tenetur illis dare bonũ exemplum.

5. Ob scandalum illorum, qui te putant excommunicatum, debes Missam in festo non audire.

6. Scandalizatus dicitur populus, cum decem graues viri, & honesti scandalizantur.

Schisma, vide Hæresis.

1. **S**chisma est, nolle obedire Papæ, vt Christi Vicario, alijsque vt eius subditis communicare. **Syl. vers. Schisma. n. 1. Fum. ibid.*

2. Schif-